

& sub iugum pene misse libertatem suam imperiumq; reddi
disti. Quare beatissime pater solonē ipsum ad sanctitatem tuā
attulimus: non ut imiteris: nec enim tibi opus est: sed ut eū
quā longe superasse letere: cuius instituta uite: si tibi probabi
lia in legendo uident: debebunt te admonere: ut eos homines
qui spe tue humanitatis erecti: ad eius doctrinam & sapientiā
quoad possunt suis studiis puenire contendunt: ut consuesti
& confirmes: & adiuues: Vt & ipsi quod cupiunt tua ope asse
qui possint: & caeteri ad paria studia excitent. Reliquum p
missi nostri: cum haec non ingrata sanctitati tue fuisse intelli
gemus: q̄ celerrime: & quā libentissime persoluemus.

SOLONIS VITA EX PLUTARCHO INCIPIT FELICITER

QUIDAMVS GRAMMATICVS IN EXPOSITIO
ne tabularum solonis ad asclepiadem philochi: cui
usdam sententiam posuit: in qua solonem praeter
aliorum opinionem: quēque solonis meminerūt
euphorione patre: natum affirmare uidetur ex ecelesia enim
ipsum gentium omnes uno ore consentiūt: qui uir potentia q̄dē
& facultatibus: medium ciuium ordine obtinuit: generis uero
nobilitate ciuitatis facile princeps. A codro enim originem san
guinis habuit: Matrem autem solonis tradidit heraclides spon
ticus consobrīnam pisi strati matris fuisse: Fuit autem inter eos
amicitiā cum p̄pinq̄uitate: tum maxime ex uite consuetudie:
quibus ferunt quidam solonem uehementer pisi stratum ada
massē: Quae re factum est: ut cum posteriori tēpore: de re. pu.
in dīssensionē uenissent: nihil durum: nihil in mite eorū inimi
citiē importarent: sed eadem amicitie iura: in eorū semp animis
inuiolata manerent. Tantumq; apud eos prioris amicitie rec
ordatio & gratia ualuit: ut incensam adulto & corroborato igni
facem p̄petuo seruarent. Solon igitur cum eius pater ut tra